menzudrängen und das Ganze harmonisch zu gestalten. Der Eindruck, welchen die Lektüre seiner Veröffentlichungen durch die Abrundung ihrer Form hinterlässt, ist um so wohlthuender, je weniger die meisten Erscheinungen der modernen Fachliteratur uns hierin verwöhnt haben.

Als Menschen werden nur diejenigen den Verstorbenen ganz zu würdigen vermögen, welche länger, als der Verfasser dieser Zeilen, das Glück hatten, in persönlichem Verkehr ihm nahe zu stehen. Doch darf er auf Grund eigener Erfahrung bezeugen, dass Thuret unter vollendet weltmännischen Formen eine reiche Herzensgüte barg. Jeder der jüngeren Fachgenossen, den sein Weg an Antibes vorüberführte, fand in der Villa Thuret die freundlichste Aufnahme und, falls er die Pflanzenschätze der Umgebung kennen zu lernen oder für wissenschaftliche Aufgaben zu verwerthen wünschte, von deren liebenswürdigen Bewohnern jederzeit die wohlwollendste und uneigennützigste Förderung.

L. Kny.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.

Continuatio secunda et vicesima. — Exponit W. Nylander.

1. *Pterygium conferciens* Nyl.

Thallus olivaceo-nigricans, tenuiter fibrillosus vel fibrillis divisis intricato-congestis, supra divisionibus imbricatis, totus crustam dense compactam efficiens (crassit. vel altitudine 1—2 millim.).

In regione boreali Ladogae, supra rupes lacustres (Norrlin), socium *Physciae obscurae* var. *sciastrae* (Ach.).

Facie fere *Sirosiphonis pulvinati*, sed mox laciniolis fibrilliformibus supra imbricatis longe divergens. Laciniolae illae latiores depressae (latit. 0,1 millim., crassitie nonnihil minore), elongatae, saepius vero tenuiores omnino fibrillosae. Apothecia ignota. Esse possit hic Lichen *Pannaria*, quod genus cum *Pterygio* confluit.

2. *Stereocaulon subintricans* Nyl.

Thallus mediocris, podetiis nudis (altit, circiter 4 centimetrorum) ramosis, granulis difformi-verruculosis vel rarius nonnihil crenatis; apothecia fusca frequentia, demum convexa (latit. 1 millim. vel saepius minora); sporae fusiformes 1—3-septatae, longit. 0,016—23 millim., crassit. 0,0025—0,0030 millim.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0360-2

Saxicola in Finlandia, Hollola (Lang).

Species videtur propria[1]) accedens ad *St. subcoralloides*, a quo granulis thallinis valde distat. Sporae parvae peculiares Cephalodia non visa. Medulla chondroidea intus K—.

3. *Parmelia infumata* Nyl.

Subsimilis *P. fuliginosae*, sed nonnihil major, thallo subopaco (in lobis summis subcaesio olivaceo-fuliginosus), reactione medullae Ca Cl nulla.

Supra saxa in regione boreali Ladogae (Norrlin).

Species sine dubio distincta a *P. prolixa*, cui forsan proxima. Apothecia et spermogonia ignota. Thallus crassit. 0,06—0,07 millim., subtus in partibus junioribus olivaceus rhizinis concoloribus sat parcis, in partibus vetustioribus nigricans; supra pro magna parte isidio subgloboso-papillari tenui concolori conspersus.

4. *Parmelia subargentifera* Nyl.

Subsimilis *Parmeliae glabrae* (Schaer.), sed thallus subopacus laxe imbricatus, lobis laciniarum (praesertim terminalibus) albosorediellis. Apothecia non visa.

Supra muscos rupicolas in regione boreali lacus Ladogae (Norrlin).

Thallus olivaceo-fuscescens (aut varians pallido-virescens), crassit. 0,1—0,2 millim. Soredia punctiformia sparsa et simul saepe margines laciniarum albocaesio-sorediata. Thallus subtus niger, rhizinis concoloribus firmis munitus. Spermatia acicularia subfusiformi-cylindrica, longit. 0,006—8 millim., crassit. 0,0008 millim.

5. *Physcia concrustans* Nyl.

Est quasi *Ph. obscura* (et forsitan ejus subspecies) major, crassior, thallo pro maxima parte verrucoso-corrugato, etiam apotheciis (latit. 2—3 millimetrorum) a thallo demum verrucoso-marginatis.

Populicola ad Helsingfors (Lang).

Specimina visa latit. 5—7 centimetrorum, thallo obscure cinereo.

---

1) Contra *Stereocaulon denudatulum* Nyl. in Flora 1874 p. 6 subsumendum sit sub *St. condensato* variabili. Sporae longit. 0,023—34 millim., crassit. 0,003—4 millim. in *denudatulo*.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0361-8

6. *Physcia lithotodes* Nyl.

Est ad *Physciam ulothricem* fere ut var. *lithotea* est ad *Ph. obscuram*, at forsan propria species ob apothecia lecanoroidea, margine scilicet thallino sat tenui crenulato.

Saxicola in Finlandia, Hollola (Lang).

Thallus castaneo-fuscus, laciniis latit. circiter 0,3 millim. Apothecia obscure fusca, latit. 1 millim. vel minora, plana, margine thallino vix prominulo. Sporae longit. 0,017—23 millim., crassit. 0,006—9 millim.

7. *Lecanora leucospilodes* Nyl.

Quasi *L. aurantiaca*, sed thallus opacus, obscure cinereus, tenuis (hypothallus nigricans passim praedominans), maculis albis (latit. 0,2—0,5 millim.) inspersus; apothecia aurantiaco-rufescentia (latit. 1 millim. vel nonnihil minora); sporae longit. 0,011—16 millim., crassit. 0,006—10 millim. (fere sicut in *L. pyracea*, tubulo axeos vix ullo).

Supra lapides graniticos in Finlandia, Hollola (Lang).

Satis distincta videtur, vix vero species sit propria.

8. *Lecanora griseo-fusca* Nyl.

Comparanda cum *L. fusca* (Anzi), sed thallo albido-fuscescente, apotheciis lecideoideis fusco-nigris opacis rugulosis (latit. 0,5 millim. vel minoribus) marginatulis (demum margine evanescente); sporae majores (longit. 0,016—22 millim., crassit. 0,008—0,011 millim.). Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvescens (thecae sic praesertim tinctae).

Supra lapides graniticos in Hollola (Lang).

Thallus tenuis sublaevigatus opacus areolato-rimosus.

9. *Lecanora metaboliza* Nyl.

Satis similis *L. metaboloidi*, sed gelatina hymenialis jodo (e coerulescente) vinose fulvescente.

Lignicola, late distributa in montanis Europae.

Thallus albidus, minute granulosus, saepe subevanescens. Apothecia vulgo conferta (testacea, fuscescentia, livida simul obvenientia), demum convexa biatoroidea (latit. 0,2—0,4 millim.); sporae oblongae, longit. 0,009—0,013 millim., crassit. circiter 0,004 millim. Huc pertinet *L. aitema* Arn. Ausfl. VI, p. 41 (excl. spermatiis, quae semper vidi curvula). Affinis est *L. piniperda* Krb. (et sit revera var. *subcarnea* Krb. pro p. nostra *L. metaboliza*).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0362-4

10. *Lecanora viridicans* Nyl.

Forsan est var. *Lecanorae Hageni*, sed thallus obscure viridis granulato-verrucosus, mediocris; apothecia fusca vel subconcoloria, sat parva (latit. 0,5 millim. vel minora), margine thallino saepius subcrenulato cincta; sporae oblongae (vel rarius immixtae breviores), longit. 0,011—18 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses mediocres. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein subvinose violascens.

Supra lignum pini prope Helsingfors (Lang).

Supra caementum in Hollola subecrustacea, sporis longit. 0,012—19 millim., crassit. 0,005—7 millim. (Lang).

11. *Lecidea triseptatula* Nyl.

Comparanda cum *L. trisepta* (Naeg.), sed apothecia nigricanti-livida vel saepe partim livido-pallescentia, sporae (3-septatae) longit. 0,012—18 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim. Jodo gelatina hymenialis coerulescens (dein thecae vinose fulvescentes), thalamium vix tinctum.

Supra lignum pini vetustum in Finlandia, Hollola (Lang).

Thallus cinereus vel cinereo-virescens, minute granulosus, vel varians obsoletus. Apothecia convexiuscula, latit. 0,3—0,6 millim. Spermatia recta mediocria. — Comparanda est etiam *L. hemipolioides* Nyl. in Flora 1873, p. 294, haud absimilis et affinis.

12. *Opegrapha xylographiza* Nyl.

Thallus vix ullus proprius; apothecia nigra subparallele dispersa, lanceolato-linearia (longit. 0,5—0,7 millim., latit. 0,1 millim. vel pauxillo interdum latiora), epithecio rimiformi vel aliquando planiore (marginato); sporae oviformi-oblongae 1—3-septatae, longit. 0,010—14 millim., crassit. 0,0035—0,0055 millim. (arthoniomorphae aeque ac thecae), epitheeium fuscescens, hypothecium nigrum.

Supra lignum putridum in Finlandia, Hollola (Lang).

Species est sporis et thecis accedens ad typum *Opegraphae atrae*, sed ceteris notis longe distat. Apothecia in humido statu supra planiuscula. Sporae saepius 2-septatae. Pro *Xylographa* minore facile sumeretur hic lichen, nisi analytice examinatur.

13. *Arthonia epiphyscia* Nyl.

Species apotheciis nigris convexis parvis (latit. 0,2 millim. vel minoribus) et sporis 1-septatis formae acinorum uvae (longit.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0363-9

0,011—12 millim., crassit. circiter 0,0045 millim.). Jodo gelatina hymenialis vinose rubens.

Supra *Physciam caesiam* in Finlandia, Hollola (Lang).

14. *Endocarpon polyphyllizum* Nyl.

Accedens ad *E. leptophyllum* Ach., sed thallus castaneo-fuscescens tenuior (crassit. 0,2 millim. vel etiam tenuior), sporis minoribus (longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,005—6 millim.).

In regione boreali lacus Ladogae, supra rupes (in Walamo legi olim et dein nuper ad Kirjavalaks id legit cl. Norrlin).

Thallus saepius polyphyllus quasi *Gyrophoram polyphyllam* minorem imitans, lobis imbricatis, ostiolis prominulis.

15. *Verrucaria inconversa* Nyl.

Subsimilis *Verrucariae umbrinae*, mox vero differens sporis incoloribus.

Supra saxa gneissacea in Finlandia (Norrlin).

Thallus fuliginosus opacus, sat tenuis, ruguloso-inaequalis, passim areolato-rimulosus. Apothecia pyrenio nigricante. Sporae binae incolores (vel obsolete rosello-lutescentes), murali-divisae, oblongae, longit. 0,030—40 millim., crassit. 0,011—16 millim. Ad Helsingfors lecta (a Lang) pyrenio fuscescente et sporis usque longit. 0,055, crassit. 0,018 (minoribus longit. 0,030 millim., crassit. 0,012 millim.).

16. *Verrucaria obnigrescens* Nyl.

Subsimilis *V. nigrescenti*, sed thallo tenuissimo continuo (vel passim subtiliter areolato-rimuloso), sporis longit. 0,022—27 millim., crassit. 0,010—14 millim.

Supra saxa micaceo-schistosa in Finlandia orientali (Norrlin).

Thallus fuliginosus opacus indeterminatus, passim subcaesius. Apothecia hemisphaerico-prominula (latit. 0,25 millim.).

17. *Mycoporum rhypontoides* Nyl.

Sat simile *M. ptelaeodi*, sed thalli macula fusca saltem apothecia (sparsa) cingens et sporis nonnihil majoribus et coloris subolivacei (longit. 0,022—25 millim., crassit. 0,009—0,010 millim.).

Populicola in Finlandia orientali (Norrlin).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0364-5

Observationes.

Jam diu separavi a *Pyrenopsi* genere *P. haemaleam* (Smrf.) et *granatinam* (Smrf.) ob formam et structuram superiorem apotheciorum. Genus novum est *Euopsis*, species illas continens.

Ad observationem circa genus *Parmostictam* in Addendis prioribus (Flora 1875, p. 303), Stictis constitutum apotheciis bene parmelinis (et gonidiis usque in summum marginem receptaculi perstratis), addere liceat, eo pertinere praecipue *P. auratam* (Ach.) et *obvolutam* (Ach.) atque similiter separandam esse a Stictina genere *Stictinam hirsutam*, dicendam *Parmostictinam* ob formam omnino parmelinam apotheciorum. Haec rite forsan modo subgenera sistant, nam observatur quidem etiam Stictis ceteris gonidia satis in margine thallino protrudi, etiamsi apothecia vix vere parmelina habeantur (ex. gr. in *St. orygmaea* et *Urvillei*).

Pertusaria diaxantha Nyl. Thallus sterilis hoc nomine designatur incerti generis (an *Pertusaria*? an *Lecanora*?), facie fere ut in *Lecanora tartarea*, sed Ca Cl—(nec K tinctus) et sorediis flavis granulosis, demum confluentibus efflorescens. Supra saxa ad Ladogam borealem (Norrlin).

Arn. Exs. 559 est *Lecidea atroalbicans* Nyl.

Lecidea phaeenterodes Nyl. Thallus albido-flavescens firmus (crassit. fere 0,5 millim.), areolato-rimulosus; apothecia plana (latit. 1—3 millim.), epithecio livide nigricante caesio-suffuso, margine nigro persistente flexuoso; sporae 8 nae ellipsoideae, longit. 0,014—22 millim., crassit. 0,008—12 millim., paraphyses gracilescentes apice flavescentes, hypothecium obscure rufescens, parte supera fuscescente. Jodo gelatina hymenialis intensive (persistenter) coerulescens. In Suecia, Nericia, supra saxa granitica (Zetterstedt). Apothecia saepe prolifera et supra epithecium apothecia nonnulla minuta ferentia. Praesertim hypothecio et epithecio (lutescente) in stirpe *L. contiguae* notabilis; ejus var. *sorediзodes* datur in Anzi L. m. r. no. 283, thallo sorediello.

Zw. Exs. 86 D fagicola, pertinere videtur ad novam speciem *Arthoniam luridofuscam*, affinem *A. spadiceae*, sed differentem reactione thalamii K vix ulla (vel obsolete supra obscurante) et apotheciis intus subincoloribus, sporis majoribus, longit. 0,014—17 millim., crassit. 0,005—6 millim. (proxime ut in *A. atrofuscella* Nyl.).

Arthoria atrofuscella. Subsimilis *A. pineti* Krb., sed sporis paullo minoribus (longit. 0,012—16 millim., crassit. 0,005—6 mill.).

In *A. spadicea* lamina tenuis apothecii est subcarotino-lutescens

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0365-1

et K obscure violacee nonnihil tincta. — Quae no. 12 allata est in Arn. Ausfl. XI, p. 23, e Waldrast, in *Sorbo chamaemespilo* obveniens, alia est species comparanda, *A. subspadicea* mihi, extus subsimilis *A. spadiceae*, at thalamio incolore et K non reagente; sporae longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim. (hae igitur proxime sicut in *A. spadicea*).

Puccinia De Baryana Thm.

In der „Botanischen Zeitung" Jahrgang 1858. p. 83. stellt De Bary eine, von ihm auf den lebenden Blättern der *Anemone sylvestris*, gefundene neue *Puccina* auf, welcher er den Namen *Puccinia compacta* beilegt. In Rabenhorst: „Herbarium mycologicum" Bd. II. gab derselbe Forscher dann sub no. 688 diesen Pilz aus und diagnosirte ihm folgendermassen.

Puccinia compacta De By. P. pulvillis orbicularibus, primum croceis, mox nigris, margine croceo cinctis, epidermide semper tectis, ideoque laevibus. Fructibus oblongis, breviter pedicellatis, spora inferiore oblonga, superiore oblonga obovatave, aut cuspidata, aut apice rotundata, aut irregulariter truncata; episporio crasso, fusco laevissimo. In monte „Kaiserstuhl" prope Freiburgam legi aestate 1856 et 1857.

Dieser Pilz, welcher flüchtig betrachtet an eine jugendliche *Rhytisme* erinnert, ward später an verschiedenen Orten gefunden; ich selbst besitze ihn aus Weinheim a. d. Bergstrasse (Fuckel f. rhen. 1671). Zips in Ungarn (Kalchbrenner in Rabh. f. eur. 1295.), Krems in Nieder-Oestereich (ipse in Thm. f. austr. 51.)

In „Weigel, plantae Surinamenses" beschrieb nun aber Kunze (so viel mir bekannt im Jahre 1830) ebenfalls eine *Pucinia compacta*, welche Weigel 1827 auf den lebenden Blättern einer, leider nicht bestimmten Pflanze, gesammelt hatte. Dieser *Puccina compacta* Knz. gebührt demnach ohne Zweifel die Priorität vor der De Bary'schen Art und nenne ich desshalb die Species auf *Anemone sylvestris*: Puccinia De Baryana Thm. (Syn. *Pucc. compacta* De By.)

Der Pilz aus Surinam ist höchst characteristisch und gebe ich hier, da eine Diagnose mir nicht bekannt ist, eine solche nach in meinem Herbar befindlichen Original-Exemplaren.

Puccinia compacta Knz. in Weigel pl. Surinam. Hypophylla, acervuli orbiculati, conferti, atri. Sporae fere tetragonae, constrictae, truncatae, mucronatae, mucronuli hyalini, fuscae. Longitudo sporarum

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03641-0366-7

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1875

Band/Volume: 58

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam 358-364